


1516.

Sigismundus I. Rex Poloniae
Joanni Konarski Episcopo
Cracoviensi.

53

Reverendissime in Christo Pater.

Cum fuisset certiores facti
Cancellariam Gnesnensem lite Roma-
na obtentam in derogationem nomi-
nationum nostrarum, commiseramus
Officialibus nostris, uti bona illius
nostro nomine tenerent, usque ad
pleniorem rei cognitionem. Quando au-
tem Paternitas Vestra declaravit no-
bis nihil in ea causa geri aduersus
Nominationes, et jura nostra cessis-
que ad Sacerdotium nepoti suo, nos
jubemus magnifico Domino Palati-
no Cracoviensi in ejus Capitaneatu
Syradiensi sunt eadem bona, ac alij
qui ea tenent, ut illa libere ipsi Ne-
poti Paternitatis Vestrae dimittant.
Nam nos minime Delectat possessio
bonorum Ecclesiasticorum, aut cujusq[ue]
juris remoratio, nisi quantum expe-
dire videretur, ad jura nostra manu te-
nenda, quibus Deesse non conveni-
ret, ubi autem aliquis agere et de-
ducere vellet coram nobis ipsa Cance-
llariam cum prejudicio termina-

tionum


tionum nostrarum fuisse litibus irre:
titam, et evictam illi nepos Paterni:
talis Vestre coram nobis respondebit.
Quae bene valeat, Datum Vilnae. 2